

# The Electronic Manipulus florum www.manipulusflorum.com

## Milicia ac in editionibus 1493/5 & 1550 cum fonte primo

Hodie militaris disciplina quam uegetius renatus  
et plerique alii docuerunt prorsus euanuit.

Olim enim se iuramenti uinculo milites obligabant  
quod starent pro reipublicae statu: quod in acie non  
fugarent: et quod uitae propriae utilitatem publicam  
praehaberent: sed et hodie enses suos recipiunt  
de altari ut profiteantur se filios ecclesiae  
atque ad honorem sacerdotii ad tuitionem pauperum  
ad uindictam malefactorum et patriae liberationem  
se gladium accepisse. porro in contrarium repressa est.  
nam ex quo hodie militari cingulo decorantur:  
statim insurgunt in christos domini et deseuiunt in  
patrimonium crucifixi: spoliant et praedantur  
subiectos sibi pauperes et miserabiliter atque  
inmisericorditer affligunt miseros: ut in doloribus  
alienis illicitos appetitus et extraordinarias impleant  
uoluptates.

Idem (Petrus Blesensis) in epistola quadam sua.

*Manipulus florum*, Militia ac (Venetiis, 1493/5),  
sig.x3v.

Militaris hodie disciplina, quam Vegetius Renatus  
ac plerique alii docuerunt, prorsus euanuit,  
et se in quamdam delinquendi libertatem,  
et scurrilitatis speciem deformauit.

Olim se iuramenti uinculo milites obligabant,  
quod starent pro reipublicae statu, quod in acie non  
fugerent, et quod uitae propriae utilitatem publicam  
praehaberent. Sed et hodie tirones enses suos recipiunt  
de altari, ut profiteantur se filios Ecclesiae,  
atque ad honorem sacerdotii, ad tuitionem pauperum,  
ad uindictam malefactorum et patriae liberationem  
gladium accepisse. Porro res in contrarium uersa est;  
nam ex quo hodie militari cingulo decorantur,  
statim insurgunt in christos Domini, et desauiunt in  
patrimonium Crucifixi. Spoliant et praedantur  
subjectos Christi pauperes, et miserabiliter, atque  
inmisericorditer affligunt miseros, ut in doloribus  
alienis illicitos appetitus et extraordinarias impleant  
uoluptates.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 94 (PL 207, col.294B-C).

Hodie militaris disciplina quam Vegetius Renatus  
et plerique alii docuerunt, prorsus euanuit  
et se in quamdam delinquendi libertatem,  
et scurrilitatis speciem deformauit.

Olim enim se iuramenti uinculo milites obligabant,  
quod starent pro reipublicae statu: quod in acie non  
fugerent: et quod uite propriae utilitatem publicam  
praehaberent: sed et hodie tyrones enses suos recipiunt  
de altari, ut profiteantur se filios ecclesiae,  
atque honorem sacerdotii, ad tuitionem pauperum,  
ad uindictam malefactorum et patriae liberationem  
se gladium accepisse. porro in contrarium uersa est.  
nam ex quo hodie militari cingulo decorantur:  
statim insurgunt in christos domini, et deseuiunt in  
patrimonium crucifixi: spoliant et praedantur  
subiectos Christi pauperes, et miserabiliter atque  
inmisericorditer affligunt miseros: ut in doloribus  
alienis illicitos appetitus et extraordinarias impleant  
uoluptates.

Ibidem (Petrus Blesensis epistola 94).

*Flores omnium fere doctorum*, Militia ac (Venetiis,  
1550), fol.318v.